



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. V. De Vice-Provincialibus, Vice-Præpositis, Vice-Rectoribus, &
Superioribus Residentiarum, & Missionum.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

in eisdem Ministeriis detineat, vel ab iisdem removeat; sed quos deprehenderit idoneos, non facile mutet. ^l

3. Juventur in spiritu hebdomadaria Institutione; quam præstat à Superiore ipso haberi, tum quotidiana meditationis explicatione, & frequenti alloquio: ^m & ipsimet Regulas officiorum suorum singulis hebdomadis in memoriam revocent. ⁿ Reliqua à Superiore circa Coadjutores curanda, vide supra Par. 3. Cap. 6. Constitutionæ autem plerisque hujusmodi Officialibus Regulæ, in Cod. Regularum relatæ sunt pag. 140.

C A P U T V.

De Vice-Provincialibus, Vice-Præpositis, Vice-Rectoribus, & Superioribus Residentiarum, & Missionum.

1.  Non est dubium à Præposito Generali constitui posse, qui vices gerant, vel Superiorum Provincialium, vel Localium; cum penes illum facultas hoc in genere, summa sit in Societate, ut supra dictum est P. 6. C. 1. Sect. 3. Quamquam Vice-Provin-

M m cia-

1 P. 4. C. 10. §. 5.
6. & E. & R.
Præp. 6. Rect.

5.
Quomodo in pietate erudien-
di.

^m P. 4. C. 4 B.
& C. 7. D. 80.
§. 19. & C. 8.
D. 38 §. 4. &
R. Præf. Spir.
7. & Or. 2. §.
16. & In. 8. §.
1. 1.

ⁿ P. 4. C. 10. F.
& R com. 49.

Generalis facultas ad eos constituendos.

ciales nequit creare, & in primis si Provincialium stabiles Præsides futuri sunt, qui non sint Professi quatuor Votorum: idque potiori jure negatur reliquis Superioribus; quibus Vice-Provincialium electio aliquando permessa est. *a*

a C. 4. D. 56.
& C. 13. D. 12.

Provincialium.

2. Provinciali autem tunc tantum jus est præficiendi Domibus, & Collegiis suæ Provinciæ aliquem qui vices Superioris gerat, donec Generalis admonitus provideat; quando scilicet necesse fuerit mutationem facere, & periculum esset in mora; vel si Superior moreretur. *b* Nequit autem

b R. Prov. 22.

unquam eum eligere, qui ratione hujus impositi muneris impediretur, quominus iret ad Congregationem Provinciale, ad quam jus habet. *c* Præterea Provincialis

c Form. Con.
Prov. §. 13.

sibi substituere potest Vice-Provinciale, 1. quando abfuturus est à Provincia, ut intersit Congregationi Generali. *d* 2. Morti proximus (nullo Successore in ea Provincia à Generali nominato) aut propter ægritudinem, aliave de causa inutilis ad gubernandam Provinciam redditus. *e*

d P. 8. c. 5. §. 3.

e C. 4. D. 56. &
C. 9. D. 11. &
Form. Con.
Prov. §. 32.
f P. 6. c. 3 B. &
C. 6. D. 35. §. 3.
& Form. Con.
Prov. 33.

3. Si judicetur legitimè impeditus, quominus ire queat ad Congregationem Generalem; nominare potest, ad eundem sui loco, unum ex tribus primò electis in Congregatione Provinciali. *f*

*Et Superiorum
Localium.*

3. Præposito etiam, & Rectori, cum Domo,

Domo, aut vita excedit, licet sui Vicarium nominare; cum aut moneri Provincialis citò nequit, aut alia gravis causa id suadet. g

g C. 8. D. 20.

4. Quod si cesset quæcunque nominatio Superiorum; ipso Jure mortuo Provinciali succedit Præpositus Domus Professæ; vel si plures sint Domus Professæ, antiquissimus Professorum ex Præpositis; vel Rector maximi Collegii, qui sit Professor quatuor Votorum, vel antiquissimus Professorum ex reliquis Rectoribus, aut non Rectoribus ut ex Decr. 56. Con. 4. relatum est supra Cap. 1. Sect. 1. At Præposito, & Rectori succedit Minister, etiam in Domibus Professis, quamvis ipse Professor non sit. b

Ipsò jure quinam succedunt.

b C. 8. D. 20.

5. Auctoritas verò horum, qui vices Superiorum gerunt, quando nullus est Provincialis, Præpositus, aut Rector, & toto principalium Superiorum officio funguntur, eadem est, ac prædictorum principalium; & in compendio Privilegiorum subintelliguntur eorum nomine, & Superiorum in genere. i Excipe tamen jus succedenti Provinciali demortuo, de quo proximè dictum est; neque enim id habent Vice-Præpositi, aut Vice-Rectores. l

Auctoritas horum Substituto- rum primi generis.

i Præf. ad com. Priv. & C. 9. D. 18. & P. Con. Prov. §. 2. & 4. & 32. & 38. & For. Con. Gen. §. 5. l C. 9. D. 35.

Auctoritas eorumdem secundi generis.

6. At quando Superiores principales

Mm 2 tan-

tantum sunt absentes, cum eandem jurisdictionem retineant, quam presentes habent; Vicarii hujusmodi ab illis dependent. Quare licet eorum Officium sit Provincias, Domos-ve sibi commissas gubernare; tamen gubernationis modum ab illis usurpatum tenere debent, nihil innovando; & si quid alicujus momenti se offerat, illud, quoad fieri poterit, usque ad illorum reditum differant; aut illos per literas consulant. Quod si neutrum rei natura patitur; nihil statuant, nisi prius auditis Consultoribus; & illis redeuntibus facti rationem reddant. *m* Quo etiam casu uti possunt facultatibus, quæ in compendio Privilegiorum communicantur suis principalibus. *n* Possunt similiter Vice-Præpositi, ac Vice-Rectores hujus generis absolvere Nostros à reservatis, tum per se, tum per alium sibi subditum; etiamsi per unam tantum diem Superior absit, nec consulti queat; & licet discedens Vice-Præpositum, aut Vice-Rectorem non constituerit. *i* Idem tamen non habent jus ad Congregationem Provinciam, nisi Præpositus, vel Rector aut nullum sui loco designasset, aut facta ab illis designatio haberi non posset tempore convenienti. *p*

7. De Superioribus porro Residentiarum,

m C. 12. D. 53.
& R. Min. 14.

n Præf. ad
Comp. Privil.

i C. 12. D. 17.

p C. 12. D. 35.
& Form. Con.
Prov. §. 4.

Superiores Residentiarum, & Missionum.

rum, ac Missionum fixarum duo jure statuta sunt. 1. Habent eandem facultatem absolvendi à Reservatis, ac illi Superiores, salva tamen iis, qui ibi degunt concessione Decret. 25. §. 1. Con. 8. q. 2. Nullum habent jus ad Congregationem Provinciale. r Sed excipiuntur Superior primariæ Residentiæ, seu Doctrinæ in Indiis, & totius Missionis Hollandicæ: his enim jus est ad Congregationem Provinciale, at supra numerum, si ratione antiquitatis interesse nequeunt. s


q C. 12. D. 17. §. 2.

r C. 9. D. 18.

s C. 8. D. 51. & F. Con. Prov. §. 8.

CAPUT VI.

De executione ab omnibus Superioribus urgenda.

1.  Uoniam in benè instituta familia, qualis favente Deo, est nostra Societas, omnes defectus ab uno executionis defectu manare possunt; summus propterea conatus, non in novis Ordinationibus condendis, sed in earum, quas habemus, executione, adhibendus est. a Is verè conatus aliquando non adhibetur, vel non procedit, ex triplici impedimento; scilicet ignorantia, aut oblivione Ordinationum, nimia facilitate in Su-

Necessitas executionis.

a C. 6. D. 37. §. 7. & C. 9. D. 26. & In. 18. §. 11. & Cl. c. 1. & 2. initio.